

[Unde haec monstra] tamen [vel (quo de fonte)] **requiris** ?/

Praestabat castas humilis fortuna Latinas

quondam, / nec [vitiis contingi parva /**sinebant**/

tecta] labor somnique breves et vellere Tusco

290 vexatae duraeque manus ac proximus urbi

Hannibal et stantes Collinā turre mariti./

Nunc **patimur** longae pacis mala,/ saevior armis

luxuria **incubuit** / victumque **ulciscitur** orbem./

Nullum crimen **abest** facinusque libidinis [(ex quo)

295 paupertas Romana **perit**]. / Hinc **fluxit** (ad istos

/et Sybaris/ colles), hinc et Rhodos et Miletos

atque coronatum et petulans madidumque Tarentum./

Prima peregrinos obscena pecunia mores

intulit, / et turpi **fregerunt** saecula luxu

300 divitiae molles.